



**R. P. Lvcæ Pinelli Societatis Iesv, Theologi, Exercitia
Spiritvalia Qvadraginta, De Sacrosancto Eucharistiæ
Sacramento**

Pinelli, Luca

Coloniae, 1608

Exercitivm XXXX. Sanctissimum hoc Sacramentum non tantum viuis sed
etiam defunctis prodesse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59691](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59691)

EXERCITIUM XXXX.

Sanctissimum hoc Sacramentum non tantum viuis sed etiam defunctis prodesse.

PUNCTA MEDITATIONIS.

1. CONTEMPLARE ferue Dei, scilicet huius Hostiae virtutem hac vita non terminari, sed etiam in alteram vitam se extendere: quia Christus, qui in ea reuerat praesens est, non tantum in hac, verum etiam in altera vita dominatur: & illi inclinant se omnes creaturæ, in Cœlo, terra & inferno.

2. CONSIDERA, omnes illos, qui in diuina gratia moriuntur, & pro peccatis suis in hac vita nondum plenè satisfecerunt, etiam si ea confessi fuerint, in altera vita in Purgatorijs poenis id luituros esse: cuius igitur, quia cum Inferni igne idem est, purgando incredibiliter cruciat annas.

3. EXPENDE tecum, Purgatorijs poenas tam graues & acerbas esse, ut omnes presentis vitæ poenas longè superent. Imo ut quidam SS. Doctores aiunt: Minima Purgatorijs poena, plus quam quilibet humanas.

ius vitæ pœna cruciat: ac proinde maluerunt electi annis multis in maximis huius vita afflictionibus & cruciatibus persistere, quam vel uno aut duobus diebus in Purgatorio.

4. C O N S I D E R A , Animas in Purgatorio constitutas; dum vident se à Cœlesti gloria retardari, propter negligentiam in peccatis per pœnitentiæ opera expandi, admissam, vehementer affligi. Hæc autem pœna quam pœnam damni vocant, maiori est illo cruciatu quem ab igne patiuntur: ob ingens desiderium quo tenentur, videndi D S V M.

5. R E V O L V E tecum, Sacrosanctam hanc Hostiam, posse liberare ab omnibus his poenis & angustijs: quia pro animabus in Purgatorio detentis oblata, ad luenda peccatorum debita illis opitulatur: Atque inde fit, quod multæ animæ sanctissimi huius Sacramenti virtute à poenis illis exemptæ, ad regna Cœlorum eundem.

COLLOQUIVM.

I Vstè meritoque Domine in altera vita animaduertis in delinquentes, qui in hac vita puniti non sunt: quia quemadmodum misericordia vult, nullum bonum ele-

ficiat

sine remuneratione: ita iustitia postulat,
vt nullum peccatum sit sine debita puni-
tione. Considera paulisper Anima mea, quā
benē ordinatum sit regnum supremi Do-
mini: Pro amicis & charis seruis suis præ-
parauit in altera vita Cœlum Empireum,
quo illós ad perpetuam consolationem
fuscipit: hic vestit illos gloria, hic exultare
& iubilare illos facit, tantaque voluptate
replet, vt nihil sit, quod ultra desiderare
possint. Pro rebellibus autem & sceleratis
hostibus suis, inferni carcerem habet, in
quem infelicissimos hos ad sempiterna
tortuosa compingit.

Pro illis vero qui adhuc debitores sunt,
eo quod in hac vita pro pœnis peccatorū
suorum quas debebant, non satisfecerunt,
habet veluti ciuilem quandam carcerem,
in quo eorum animæ detinentur, quousq;
debita sua exoluant. Considera modo, Ani-
ma mea, amorem Christi Iesu sapientiam,
qua ad animas ex hoc ciuili carcere
liberandas vtitur: constituit enim, vt quo-
tiescumque sibi sacra Hostia offertur, illis
posita liberationem, & nonnunquam
applicat illis satisfactionem suam, qua
illas ad debitorum suorum solutionem
adiuuat. O amorem eximum. O singularē
Iesu Christi favorem, quo viui ac mor-

M. § tui

274. EXERCITIUM XXXX.

tui iuuamur. O Sacerdotes. O serui D[omi]ni,
qui vestro ministerio, ad opus hoc maximū
momenti concurritis, vñ vobis, si à negligē-
gentia superati, aut Charitate frigidi, non
præparatis vos ad offerendum immacula-
tum hoc sacrificium, cum feroce atque
deuotione, ad indigentium harum anima-
rum auxilium. Vñ vobis si vitio vestro, ha-
animæ dampnum passæ fuerint. Eadem quippe
mensura, qua mensura est, remetetur vobis.
Anima mea, si volumus ut alij nos defun-
ctos adiuuent, opitulemur nos modo quā-
tum possumus, Sacramenti huius frequen-
tatione fideles defunctos. Audi quid sacra
Scriptura dicat: Sancta et salubris est cogitatio
pro defunctis exorare, vt à peccatis fuluantur.
Benignissime Domine cuius potentia
maxima, & bonitas immensa est: qui
quamuis quodammodo in hoc Sacramento
absconsus lateas, propter hoc tamen nullā
neque potentiae, neque bonitatis iacturam
pateris: libera afflictas hasce animas tibi
dilectas, & ex hac vita, cum vero peccatorū
suorum dolore egressas, ē Purgatoriū penitentias.
Et nos Anima mea, qui nondum terrena
vestem depositimus, vt à IESV nouam
gratiam consequamur, dicamus cum spon-
ta illius. Bone pastor panis verè, IESV nostri misse-
re: Tu nos pasc, nos tuere: Tu nos bona fac rida-

DE SAC. EVCHARISTIAE 275¹

in terra viuentium. Tu qui cuncta scis & vales,
qui nos pasca hic mortales, tuos ibi commensales,
coheredes & Sodales, fac sanctorum cibium. A-
men.

ORATIO.

Beignissime ac misericordissime DE-
VS, qui in conferendis beneficijs non
fatigaris; aut fastidio corriperis; hoc mihi
singularis gratiae loco impertire, ut ex hac
vita in gratia tua discedam: hic enim ul-
timus fauor si mihi defuerit, nihil mihi
proderit, omnia etiam pœnitentia opera,
qua Sancti in Cœlo regnantes egerunt, fe-
tisse.

MIRACULUM.

S Vris die 10. Septemb. cap. 4. Scribit de:
S. Nicolao Tolentino: illum posteaquā
Sacerdotio initiatus esset, pro animabus in
Purgatorio detentis, crebro sacrificium
offerre consueisse. Hæc autem deuotio ita
grata & iucundæ fuit animabus, ut in Eremo
Vallimauensi, quæ iuxta Pisas est degens,
in somno audiuerit spiritum quendam à
ceteris millum, opem suam miserando.

M. 6^v valde

valdē eiulatu, pro se suisq; in pœnis socijs, flagitantem, rogantemque ut precibus suis ac Missæ sacrificio ipsis succurrere velit. Cui Vir sanctus respondit, se ad summum Sacrificium solenniter faciendum, hoc præsertim Dominico die, cuius officium mutare non licet, deputatum esse, ideoque Missam pro defunctis celebrare non posse. Tum ille duxit eum ad alteram Etemi partem, ostenditque illi promiscui sexus, diuersæ ætatis, & ordinis in numeram multitudinem, lachrymabili admodum voce, eius preces & suffragia, ac Missarum præcipue oblationes postulantem: monuit ergo eū ut videret, an iuste precibus tam misera multitudinis à qua missus esset, assensum negare posset. Euigilas autem Vir sanctus, totus præ committeratione lachrymis infusus, omnium Salvatorem pro eis pretatus est. Inde manè facto, Priorem adiens, visionem pro parte exposuit, perijque ut bona ipsius venia, tota illa hebdomada pro defunctis Missas celebrare liceret. Annuit petitioni eius Prior, & alio in eius locum substituto, ipse animarum istarum patricium ex fide suscepit, bonamque illatum partem ex flammis purgatorijs libertauit.

In speculo exempl. diff. 5, exempl. 115, refer.
nisi,

tur, AEgrum quēdam grauissimo languore anno integro, in lecto detentum, cum lachrymis rogassem Dominum, ut tantis doloribus per mortem finem imponeret. Nec mora. Mittitur ad eum Angelus qui optionem ei det, ut ex duobus his quod mault eligat: vel integro adhuc anno eodem dolores perpeti, & sine purgatorio ad celum euolare: vel tribus diebus purgatorij pœnas sustinere. Eligit ille posterius. Mortuus est igitur, & anima illius ad Purgatoriū delata: Vno die exacto, apparuit ei Angelus, & interrogauit quomodo se haberet. Tū anima cū ipso expostulare cœpit, quod putaret sibi iniuriam fieri, seque non tribus duntaxat diebus, vti conuentum erat, sed aliquot iam annis in purgatorijs flammis extitisse. Angelus respondit: Non temporis mora, sed ineffabili tortura deceptas: quia non nisi unum diem de tribus in Purgatorio exegisti: attamen si adhuc retractare volueris, Dominus tui miseratur, vt ad corpus tuum, quod nondum sepultum est, reporteris, & per annum integrum, languorem, quem experta es patias. Cui Anima. Annuo, inquit, vt non per annum tantum, sed usque in finem mundi, languore etiam deteniar acriori. Hoc

M 7. dicto,

278 EXERCITIVM XXX.

dicto, Anima relata fuit ad corpus, & per annum in lāguore detenta, multos quibus hæc retulit, ad pœnitentiam animauit, & post integrum annum iteratò defuncta transiit ad superna.

DOCUMENTVM.

Fili, noli satisfactionem quam in hui vita facere potes, prorogare in alteram vitam. Alio qui pœnitentib[us] aliquando, quia multò maiora tormenta illuc tibiteranda erunt, quam hic. Noli putare quod alij opem animæ tuae laturi sive quemadmodum plures alij, decipieris.

Orabis pro defunctis qui specialia non habent suffragia.

PVNCTA